

### JUPITER.

Post paucōs annōs Juppiter, jam adulēscēns, patrem Sātūrnū in exsilium expellit, et regnū ejus occupat. Junōnem in mātrimōnium dūcit. Locū idōneū rēgiae suae in altō vertice montis Olympi dēligit. Hinc enim dēspectus in omnēs partēs erat; sed perpetuae nūbēs deū ipsum cēlābant. In hōc monte Juppiter sibi rēgiā magnificā ex aurō, argentō, ebore aedificat. Tum frātrēs suōs convocat et regnū paternū cum eīs dīvidit. Neptunō aquās, Plūtōnī Tartarū dat; caelū sibi vindicat. Terram autem omnēs deī et deae commūniter regēbant.